

h. 118, 9.

I. N.³ J.

(X2018986)

Y C
1944

ORATORIUM
C O B U R G I
ENCOMIUM,
adornatum

â

M. Georgio Eysenwirter Coburgensi
Franco, Ecclesiae Lautheranæ-Lutheranæ
Pastore,

*Anno officii Ecclesiastici XLII,
Ætatis LXX.*



C O B U R G I
Impressum â Johann. Conrad. Monacho
Ducali Typographo,
Anno Christi clo Is c LXIII.

SERENISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO WILHELMO
SENIORI,
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM,
Patriæ PATRI exoptatissimo;
Nec non
ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO WILHELMO
JUNIORI,
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC
MONTIUM,
LANDGRAVIIS THURINGIÆ , MARCHIONIBUS
MISNIÆ , PRINCIPALI DIGNITATE COMITIBUS
HENNEBERGIÆ, COMITIBUS IN MARCA ET
RAVENSBURGO , DYNASTIS IN RA-
VENSTEIN,
DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS,
Hancce Oratiunculam
Claude Coburgi, Patriæ suæ charissimæ,
Eæ, qvâ par est, Animi submissione,
dedicat & offert
M. Georg. Enssenwimmer Coburgo-Francus,
PASTOR Lautheranus-Lutheranus.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIA



Serenissimi ac Celsissimi
PRINCES,

Domini Clementissimi,



Vando Rex & Propheta DAVID portas
jubet, attollere capita , ut introeat Rex
gloriæ, Psalm. 24. v. 7. & 9. dubium nul-
lum est, quin omnes illos, qui clavum
imperii tenēt, admonitos velit, ut CHRI-
STO, ipsiusq; Evangelio, suis in Ditioni-
bus, hospitium, atq; halcyonia præparare curent : Unde
apud Esaiam Prophetam Reges vocantur Ecclesiæ Nu-
tricij, & Reginæ Nutrices, cap. 49. v. 23.

Hinc de Ecclesiæ Salute fuit maxime solitus **CON-**
STANTINUS MAGNUS, laudibus ob id deprædicatus maxi-
mis, quòd edicto publico Templa, Idolis Ethnicorum,
consecrata, occluserit, Christianis libertatem Religionis
dederit, stipendia piis Doctoribus constituerit, & propter
hæresin Arrianam Concilium Nicænum convocaverit.
Hujus causâ commendat Imperatorem Theodosium,
Ambrosius, qui morti Vicinus, potiorem Ecclesiæ, qvàm
Imperii curam egit. Quid superiori seculo, Inlyti Saxo-
niæ **D U C E S**, quos inter sumâ cum laude coñemorandus
Serenissimi &c. V.V. Serenit. Honoratisimus Pàrens ac
Avus longâ serie in conservandâ, defendendâ, propagan-
dâ Evangelii doctrinâ, pristino nitori, per D. Lutheri Mi-
nisterium, restituta præstiterint, in aperto est omnibus.

A 2

Ab

Ab istorum laudatissimorum Ecclesiæ nutritiorum
Consortio atque numero qui Serenit. V.V. O Serenissi-
mi Domini ! excludere vellet, næ invitâ admodum ve-
ritate conaretur. Inter publica Documenta qvâm pluri-
ma eminet hoc, quod Serenit. V.V. GYMNASIUM CASIMI-
RI-WILHELMIANUM COBURGI, sumptibus longè maxi-
mis, adhuc benignè ornent, conservent, propagent.

Accedit & hocce, quod Serenit. V.V. de Civitate Co-
burgensi maximè sint solicitæ, & affectu plusquam pa-
terno illud procurent. Cùm autem Serenissimi Principes,
justum sit, exornare Principum Encomia honorum in-
ter Terrigenas celebrare, & Gratulatoriis deprædicare,
qui cum laude vivunt, Ego hancce de Coburgo Narra-
tionem Historicam Serenit. V.V. inscribere, & consecra-
re volui, quia non tantùm rei nostræ Literariæ illæ beni-
gnissimè favent; Sed etiam huic meæ orationi plurimum
longè à Serenit. V.V. ornamenti, atq; autoritatis accedit.
Accipient: accipient igitur Serenit. V.V. quæ illarum No-
minibus præscripserunt pagellas, ac deinceps suam erga
Literatos, totiusque Patriæ nostræ sinum, clementiam
& gratiam conservare, & in primis gloriam Christi stre-
nuè, uti incepsum est, promovere ne desinant. Benè &
feliciter valeant Serenit. V.V. Debitæ subjectionis ac
Gratulationis ergò exaravi in meo Musæo Lautherano,
XXIV. Martii, qvâ die Annum meæ vitæ LXX, cum
DEO, attringere incepi Anno post Christum purâ de
virgine natum, clo loc LXIII.

ORA-



ORATIO DE COBURGO.



Iri multūm honorandi, Auditores plu- Exordium
ritūm venerandi, singulari pietate: Pru-
dentiā politicā: arte Medicā, nec non sci- ab Auditō-
entiā Philosophicā excellentissimi, vene- rum com-
rabili Eruditione atque Sapientiā clarissi- pellatione.
mi, spectabili Humanitate longē imō lon-
gissimè præstantissimi, Dnn. Evergetæ,
Mecænates & Achetæ: ut & Domini HOSPITES reverendâ
Dignitate, multijugæ Eruditionis supellecțile, & rerum pra-
etiarum habitu florentissimi, perpetuo honoris atq; obser-
vantiae cultu, jugiter prosequendi; Et Tu, quæ sub Musarum
castris strenuam militiam militare pergis, studiosæ Juventu-
tis CORONA Nobilissima, Florentissima, Honestissima, si il-
los, qui à Patria absunt,

Nescio, qua Natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores nec sinit esse sui,
corumque in Patriam suam affectum, tanquam bonum &
laudabilem omnes comprobamus, æqvum esse existimo, ut
ii, qui in Patriâ degunt, cāque præsentes fruuntur, magno
quoque illius amore flagent. Quam enim illi videre desi-
derant, hanc hicorām, magnâ cum voluptate intuentur, illi
optant.

Fumum de patriis posse videre foci,
hi voto potiuntur. Amoris a. pars est, rem animatam, si cor-
pore a sit, libenter oculis usurpare, si v. subsensus non ca-
dat, intellectus luminibus eam assiduè contemplari. Quare,

spero, & confido, nemo mihi vitio vertet, quod & Ego
Patriam meam, quam, ut verum fatear, vehementer amo,
aliquantulum curiosius fortè contemplor: Pars amoris
etiam est, de re amatâ libenter loqui, eamq; privatim &
publicè verbis commendare. Id ergò si de Patriâ per dilectâ
ipse quoque faciam, veniam merebitur apud æquos Dnn.
Auditores meus iste affectus: Cumque stylum in aliis quoq;
materiis exercere liceat, cur non yellem Patriam meam

Prolepsis. Coburgum nostrum, delineare? Etsi autem multa sunt, quæ
me absterrere, meritò posse videantur, ne Coburgi exem-
plio ad declarandum hoc laudationis genus, utar, tamen non
pauciora à me, ut id subterfugere non possim, invitant. Pri-
mum enim, quamvis arroganter alicui fortè facere videar,
quod propriæ Patriæ laudes describere coner, tamen Arro-
gantiam omnem, ut opinor, facilè excusabit Amor justus,
quem in me non exiguum esse, erga hanc meam patriam, li-
benter fateor, ut alii quoque simili pietate eam amplectan-
tur.

Præoccu-
patio. Deinde temerarium esse hoc meum institutum, non
nulli fortassè judicabunt, quod Ego, neque usursum edo-
ctus, neque Historiarum Francicarum cognitione instru-
ctus, de hac Urbe scribere, animum inducam. Verum hoc
quoque crimen, uti spero, diluet Necessitas, quæ qualis
fit, indè facilè quivis noscere poterit, laudare Urbem
aliqvam, omnino necesse habeo, ut exemplum Discen-
tibus, & æquis Auditoribus proponam. Quam autem
Urbem magis amare, me decet, quam illam, quæ me
ceu pia mater, genuit, nutrit, & adhuc benignè mihi fa-
vet, alimentum & domicilium suppeditans? Quare totidem
res sunt, quæ mihi veniam conciliabunt, & merebuntur a-
pud bonos viros, quot ad Arrogantiae suspicionem adduce-
re videntur. Arrogantiae enim, & ambitioni oppono Pie-
tatem, temeritati necessitatem. Si cui verò minus satisfa-
cere,



cerc, suscep^to negotio, videar, is hoc habeat Responsum,
me non ex professo id agere, ut hanc Urbem, pro ipsius Di-
gnitate, & amplitudine laudem : Sed tantum exemplum
qualecunque in eâ Studiosis monstrare velim.

Quapropter breviter per locos, ex quibus Urbes lau-
dari solent, ibo, &, ut cum Poëtâ loquar, summa sequar tan-
tum fastigia rerum. Illud autem, Auditores honorandi,
subjectissimè obsecro, officiosissimè contendō, ut mihi, non
dicenti, sed balbutienti, vestræ benignitatis, & æquanimita-
tis Zephyrus aspiret, quò alas dicendi eveham feliciter, pro-
veham felicius, reveham felicissimè, subsistam quietissimè.
Adeste igitur animis æquissimis, quotquot præsentes cor-
poribus, adesse video. Præjudiciorum rigorem, affectuum
horrorem, ad Antycyras mittite : Dubitationum spectra
ad Scythiæ montes ablegate. Quæ si à vobis (quo de nullus
dubito) consequar, meam assertionem argumentorum
robore, rationum pondere, fundamentorum evidentiâ,
Exemplorum magnificentiâ, demonstrabo, confirmabo.
Oro autem ita,

Principium, medium, finem largire beatum

Tu D E U S, ut nobis omnia ritè fluant.

Qui habet aures audiendi, audiat.

Sed unde verba sumam? quomodo orationis initium
instituam? quomodo ipsam disponam? quomodo perre-
xam? quomodo eam concludam in tantâ materiae uberta-
te, quæ versatur in amplissimo artis oratoriaæ pelago? Pi-
ctorum imitabor Artificium, qui, cùm in exigua Tabulâ, in-
gens hominum congeries exprimenda est, nonnullorum
tantum faciem, atque ora: nonnullorum modò summa ca-
pita ostendere, totum verò corpus abscondere solent: ita i-
pse quoque non singula, quæ poterant reperiri, movebo:
non, quæ inculcari, urgebo, paucissima, ut gratiam vestram
reponeam.



reportem, feligam : Copiosissimā, ut reprehensionē declinem, negligam. De Coburgo enim minus prolixè, minus rectè, minus sapienter, minus prudenter, dicam. Ergò ut omnia brevi & leviorationis filo & stylo comprehen-dam, ut mihi, ô Auditores, faciles aures præbeatis, sub-missè oro.

Vetustas.

Quia verò Vetustatis laus magna esse, non immeritò solet, ita, ut quò quidquam antiquius est, cò quoque melius esse dicatur, respiciendum est, quoad longissimè Historia præterita tempora, ut, quæ hujus Urbis Origo quoque sit, extendat, & cruat, omnino de Coburgi origine & antiqui-tate pluribus dicendum esset. Sed cum de eâ nihil, vel pa-rum certi, literis proditum inveniatur, quod, ut ipse in me-dium proferam, non habeo. Namque evenit huic oppido, quod plerisque Germaniæ Urbibus contingit, ut ipsarum o-riginis, & primi Conditores planè ignorentur. Ea, ut Seba-stianus Münsterus in opere suo Cosmographico conqueri-tur, fuit Veterum in annotandis rebus gestis incuria & so-cordia, ut res, etiam præclarissimè gestas, paucillis con-signarint literis: sed vel rudi cuidam cantiunculæ inclusas, in compitis ac Conviviis decantarint, vel omnino etiam silen-tio obliterarint: vel quòd literarum essent imperitiores: vel etiam quod nominis formam & gloriam minus ambi-vérint, parum fecerint. Hinc igitur factum, ut non tantùm præclarissima Majorum nostrorum gesta ignoremus, sed et-iam multarum Urbium origines certæ, nos latecant. Esse autem Coburgum nostrum unum ex vetustioribus Franciæ oppidis conjecturis quibusdam colligere possumus. Et te-stantur nonnulli Historici, fide dignissimi, quòd Coburgum ante trecentos & plures annos, Ditioni Hennebergicæ sub-jectum fuerit; & tandem successu temporis ad illustrissi-mam domum Landgraviorum Thuringiæ, & Marchionum

Mi-



Misniæ, atq; adeò in Principum Saxoniz potestatem per-
venerit, unde etiamnum insigne quoddam illustre Princi-
pum Hennebergensium, in quâdam hujus oppidi portâ,
conspicere licet. Attamen majoris perspicuitatis gra-
tiâ, Dn. Matthæum Dresserum, Historicum illum maximè
insignem, in Isagoge Historicâ de præcipuis Germaniæ Ur-
bibus, graviter loquentem paucis audiemus, dum in hæc
erumpit verba ; Coburgum Franconiæ Urbs, Anno Chri-
sti 1291, à Poppone, Hennebergio Comite, ad Hermannum,
Marchionem Brandenburgicum, Sororis suæ Filium, per
Testamentum translata est, cum 22. Arcibus & Oppidis.

Hic Hermannus cùm in aula Alberti, Austriæ Archi-
ducis, magna ex parte commoraretur, Waltero, Barbiensi
Comiti, Coburgensis Ditionis gubernationem commisit.
Mansit autem Ditio in Brandenburgensium potestate an-
nos 23. & Anno demum 1314. per Conjugium Heinrici Co-
mitis & Principis Hennebergici cum JUTTA, Hermanni,
Marchionis Brandenburgici Filiâ ad Hennebergenses rediit.
Anno 1345. Catharina Heinrici Hennebergii Filia collocata
est in Matrimonium Friderico Landgravio, eo pacto, ut
Heinricus, Pater, futuro Genero, Coburgum cum aliquot
oppidis, loco Dotis, traderet : Etsi autem Nuptiæ peractæ
sunt solenniter, tamen cùm Pater Sponso Coburgum æ-
grè cederet, Fridericus sponsam ad Patrem remisit. Is,
quamvis dolenter ignominiam ferret, & armis vindican-
dam illam censeret, tamen reconciliatus tandem Genero
Coburgum tradidit: ita ad Marchiones Misniæ & Land-
gravios Thuringiæ Coburgum translatum est; Hactenus
Dresserus. Sed hæc longius persequi, non est opus, cum
Francorum virtus non ignota sit.

Ab arce montis excelsi vicinâ nostrum Coburgum Nomen.
suum Nomen sortitum esse, aliqui non inconcinnè au-

B

tumant,

tumant, hâc conjecturâ ducti, quod oppido hoc nondum condito, circa Arcis jam munitissimæ ambitum Gramina non minus lata, quam salubria, ubertim provenerint, ut inde Vaccæ largiter & copiosè pascerentur. Factum deinde esse dicitant, ut super saxosum & excelsum illum montem, Domicilium extruxerit quædam Nobili stemmate prognata Matrona, illudq; inhabitare cœperit, atque curam pecudum alendarum, non minore sedulitate, quam utilitate & emolumento, egerit. Ita enim, lätissimis in hisce pascuis luxuriatæ sunt Vaccæ, ut habitu corporis pinguissimæ essent, ut lactis copiâ maximè abundarent. Unde factum est, ut alii quoq; non procul ab Arce, in valle hâc, quâ jam Coburgum situm est, domos extruere, & pecora sua ibidem pascere cœperint. Arcem autem istam à Nobili Matronâ in monte erectam, à Vaccis Nomen fortitam ac appellatam fuisse Kühberg volunt. Unde hæc Patria nostra, ob vicinitatem loci, appellationem traxerit, inflexâ aliquantulum Voce, ut Sonus gravior esset, nimirum Coburgf/ ut ita ex Vico in Pagum, ex Pago autem DEO clementer favente, in oppidum hoc amoenissimum & amplissimum exereverit. Parva etenim solent esse omnium rerum principia.

Situs

In nobili Francorum Provinciâ medium fermè locum obtinet Coburgum, & est Caput ejus, ac quasi Metropolis. Civitas est ipsa ampla valdè, & in plano sita, nisi quod duos colles excelsos habeat, quorum Unus der Schloßberg, alter der Jüdenberg nominari solet. Cum autem ex cœli insitu, & ejusdem ob Terræ collationem optimi loci, & Urbis cuiuslibet Situs cognosci possit, hos etiam numeros addo, quod Coburgi Longitudo sit graduum 28. & minutorum 23. Latitudo vero 50. graduum, & minutorum 23. Unde sane, & quâ in parte mundi hæc Urbs sit, & quanto



quanto intervallō ab aliis distet, ab Exteris facile colligi potest. Est ergo Urbs Coburgensis situ non solum commodissima, verū etiam, quò ad aspectum, amoenissima, atq; omni ex parte jucundissima. Si enim Aërem sive Terram hujus oppidi (quæ duo in Urbium commendatione maximè spectari solent) consideres, nihil est, quod melius exoptes.

Figuram hujus Civitatis quod spectat, contemplan- Figura.
tibus patet, eam neque circularem neq; quadratam Figu-
ram referre, sed potius oblongam, & quod à meridie ver-
sus septentrionem intra excelsos (ut supra dixi) ab
utroq; latere montes ea deducta sit.

Aërem habet hæc Civitas commodum & salubrem, Aëris salu-
non nimis crassum, non impurum, non turbatum, neq;
nebulosum. Nam si quæ in ea colliguntur sordes, qui-
bus Aëri infici posset, eæ à pluvia desuper cadente, & per
plateas, benè dispositas, disfluente, absterguntur & con-
sumuntur. Hujus rei gratiâ valdè commoda est hæc civi-
tas ad habitandum, & multi vitanur morbi. Quis enim
nescit, quantum ad valetudinem tuendam, & ad ingenij
vigorem, moresq; alendos atq; formandos, emolumenti
conferat aëris ambientis salubritas ? & contra graves
morbos quantum pariat, & quantum aciem ingenii ob-
tunder ejusdem impuritas ? Quocirca hoc quoq; non
postremum DEI ter optimi, ter maximi beneficium esse
existimemus, quod cœlum hoc, quo nos utimur, non ni-
mis erassum sit : sed satis clemens, temperatum, & Vale-
tudini quam minimè perniciosum. Quia ergo hæc Pa-
tria nostra neque Zonæ torridæ subjacet, neque subfrigi-
da est, neq; alterius harum nimis propinqua, sed tempe-
rato sub cœli climate sita, utitur aëre verè temperatō,

commodō, atq; ita admodum salubri, & ad habitandum,
præ aliis, non minus est commoda, quam jucunda.

Neminem autem præterit, quantum ad bonam cor-
poris valetudinem conservandam & retinendam omni-
nō (uti dixi) aëris ambientis salubritas conferat : Ne-
minem etiam latet, quantum ad mores ingenii (uti iti-
dem narravi) alendos, nec non formandos ea faciat. Est
ergò, ut per noctes atq; dies DEO ter optimo ter maxi-
mo, hoc nomine, gratias agamus magnas, & supplicibus
cundem rogemus precibus, ut ejusmodi sanam & salu-
brem Aëris qualitatem, ulterius nobis ex gratia largiatur,
& ob peccatorum nostrorum varietatem non minuat. In-
super hæc cœli qualitas, quæ neq; æstu, neq; frigore, re-
bus nascentibus facilè nocet, facit, ut fœturae omnium
plantarum proventus, nostris votis ferè, respondeat. Hinc
fit, ut peccubus, ut ovibus, ut piscibus, ut herbis, ut fructi-
bus, ut arboribus, hæc nostra Regio verè abundet.

Soliferti-
tatis & u-
bertas.

Terram n. quod attinet, natura & vis in procreando &
alendo fructu ea est, quâ nec uberior res nasci, nec natæ
potius ali, nec altæ facilius foveri ferè usquam possint.
Hæc etenim necessaria vitæ alimenta tam abundant
suppetunt, ut ad satietatem usq; sufficient. Hic occurrit
Agrorum series circumquaq; fertilis, quos singulari bo-
nitate ditavit Divina benedictio, ut propter optimum
Frugum proventum facilè conferri possit Ager Cobur-
giacum solo Thuringiaco, quod propter pinguedinem
maximè laudatur. Hic insuper videre licet Vineas, viti-
bus fertilissimis vestitas, ut Vineta amplissima cives & in-
colas exhilarent. Hic Hortorum magnâ copiâ totum
oppidum quasi cingitur, ut pleni sint Arboribus dome-
sticis & pomiferis. Hic passim videre licet cerasos, pru-
nos, malos, mespiles, & alias arbores, tantâ in copiâ, ut aspi-
cienti-



cientibus Sylvam quasi repræsentent. Hic non desunt
Prata Fœniferacissima , variisq; plantulis & flosculis mi-
rum in modum, quasi picta. Hinc saluberrima ad ale-
dum pecus pabula singulis annis petuntur. O ingenuam
ergò hanc Agrorum delectationem ! O charam Vinc-
arum svavitatem ! O gratam Hortorum amœnitatem !
O dulcem pratorum viriditatem ! Non igitur video, quid
hic requiri possit, vel debeat, nisi Zoili more, opinia DEI
benesicia, non ferendâ temeritate reprehendere quis ve-
lit. Quin & hoc beneficium Divinitùs consecutum est
nostrum Coburgum, quod non in solitudine situm sit, sed
civitatibus circundatum amplissimis, quæ non solum fir-
mis munitionibus instructæ sunt : sed & plurimis, & in-
signibus Donis maximè florent, ut tempore necessitatis,
rebusq; duris ingruentibus, quasi munimen & præsidium
sperari possit hoc in loco. Versus orientem est Culm-
bachum, quod sedes est illustrissimi ac Celsissimi Principis
DN. CHRISTIANI ERNESTI Marchionis Brandenburgensis,
tantoq; distat intervallo, ut uno die Viator suum
iter confidere possit. Versus meridiem est Bamberga,
nobilis imperii Habitatio , quæ & soli fertilitate, & loci
amœnitate, præclarè gaudens, sex milliaribus abest. No-
rinbergâ celeberrimâ illâ Imperii Urbe, & rebus omnibus
affluentissima, trium dierum itinere distat. Occasum versus
Schweinfurtum est, quod est nobilis, & imperialis Franciæ
Civitas munitissima. Versus Septentrionem est Erfordia,
amplissima & vetustissima illa Thuringiæ Urbs, à qua duo-
decim milliarum intervallo disjungitur : Totidem ferè
Jenâ, quæ propter Academiam celeberrimam, ob præsen-
tiā virorum Doctissimorum, & liberalissima studia, quæ
illuc sunt, maximè floret, tanto fermè spacio, quanto Ca-
pernaum ab Hierosolymis disjunctum fuit. Alii itaq;

suos Vicinos prædicent magnopere, nobis sufficit, nos habere eas Civitates propinquas, in quibus Verbum salvificum, Divinitus patefactum, non tantum pure docetur: verum etiam Sacra menta, à CHRISTO instituta, incorruptè ac integrè dispensantur.

Sylvæ.

Est & Coburgum nostrum, ex omni ferè latere, Sylvis cinctum, inter quas densissima est illa, quæ spectantibus versus Septentrionem sese videndam præbet, quam nostro idiomate, Sylvam Thuringiacam nominare solamus. In hac distinctæ variarum Ferarum & belluarum species, per venationes crebriores (uti & aliis in sylvis) vernali, æstivali, autumnali, brumali tempore, sagacissimè capiuntur, per quas Cibus Principis perillusterrissimi, & Incolarum acquiritur uberrimus. Imò in hac sylva non solum varia Lignorum genera, structuris utilia abundè cæduntur: Verum etiam Gramina, in eadem copiosa & saluberrima proveniunt, quibus pecora insigniter pingue scunt, ut & hinc non mediocris apud nos utilitas, in omnes vitæ mortalis partes diffundatur copiosè.

Flumina.

Nec desunt Aquæ etiam, aut fluviatiles, aut fontanæ, quæ irrigant agrum Coburgensem amoenissimè, inter quas Principatum dicit ISSUS, qui ex sylva Thuringiaca ortus, Neostadiensem, & nostrum Coburgensem locum, multiplici anfractu, per lapsus, per valles, nobilitat, & condecorat, & in tota Franconia notissimo à se cognominato, Mœno, nobilissimo Franconiæ fluvio, miscetur. Præterea alluunt hinc nostram Patriam, & quasi ditant suis fluviis Lauthera inferior & superior (cui adhæret officina chartaria) quæ augustis suis alveis alunt copiam magnam optimorum Piscium, juxta quos fluviolos, aliæ plures sunt conjunctæ Aquæ; in primis juxta plateam publicam hujus nostræ Civitatis Lapideam, Steinweg dictam, fluvius de currit



currit fortis , cuius aquæ ductus septem molarum rotas circumducendo moveret, commovet, removet, quæ molæ ad quotidianum civium & incolarum usum & commodum publicum, plurimum conferunt. Nil dicam de lignorum apparatu, quæ ex sylva Thuringiaca, per crebros meatus & anfractus longos, sumptu tolerabili , in civitatem Coburgensem, cum fructu uberrimo, deducuntur & advehuntur, ex quibus Aula nostra illustrissima & civitas, lignorum cumulum ingentem colligit , quæ ligna Hypocaustorum calefaciendorum additamentum præstant utilissimum, commodissimum, acceptissimum.

Gieß-
graben.

Fontes in eadem nostra Patriâ non tantum publici, Pontes . sed & privati intra & extra Civitatis mœnia habentur quam plurimi, in quibus aqua non tantum viva, sed & putreana effluit, quibus cives ad varias vitæ commoditates, magna cum voluptate, utuntur, adeò, ut vix aliqua platea in oppido derur, quæ non aquâ Fontanâ sit dotata. Duo per canales deducti sunt in nostro Foro publico, qui non minus frigidissimi, quam saluberrimi prosiliunt, qui Picturis exornati, & imaginibus condecorati , jucundo spectaculo intuentium oculos pascunt. Undè aqua largissime promanat, & civibus, contra exorta incendiorum damna, multum commodi præstat. Hæc fontium abundantia magnam parit amœnitatem toti nostræ Urbi: multi hinc Horti, multæ piscinæ, irrigantur : arbores, & omnis generis crescentia aluntur.

Sunt hîc etiam Piscinæ quam plurimæ, non tantum piscinæ. circa nostrum oppidum: sed etiam in lata circumferentia totius nostri Ducatus Saxo-Coburgiaci, quæ piscium copia abundat maximâ, adeò, ut DEUS optimus Maximus huic oppido nihil denegasse videatur, quod ad loci hujus saietatem, fertilitatem & amœnitatem facere videatur.

Ut



Ut autem Phosphorus, ante auroræ ortum, suo splendorc
cæteris stellis & sideribus præit clarissimo : ita cæteras
Piscinas longum superat piscina apud Neostadium ad Eri-
cas, amplissima. Piscina apud Pagum Stresenhausen co-
piosissima : Piscina in Districtu Neohusano copiosissima:
& reliquus piscinarum confluxus , in nostro Ducatu pul-
cherimus, ex quibus illustrissimi Principis Aula & Civitas
multum fructuum capit, & non raro ingens Piscium abun-
dantia Vicinis populis tolerabili pretio venditur.

Admoni-
tio.

Has igitur Patriæ nostræ Commoditates crebro ani-
mo volvere debemus, Auditores svavissimi, mentesq; no-
stras excitare, ut ineffabilia hæc DEI dona rectè agnosca-
mus, iisdemq; cum reverentia, pietate & gratiarum actio-
ne maxima, utamur. Tot, & tanta beneficia, non casu,
terræ alicui accidunt, sed à singulari DEI providentiâ &
bonitate proficiscuntur, & oriuntur.

Audivistis jam, Auditores, recenseri ea bona, quæ
nostrum Coburgum à Natura est assecutum ; jam me-
cum quoq; considerate illa, quæ à Curâ, industriâ, studio,
& opera acceperit. Et ut ea, quæ in sensus incurunt,
oculisq; conspici possunt, commemorem, floret hæc Pa-
tria nostra, Ædificiis tūm publicis, tūm privatis, magnificis
fanè & amplissimis. Est autem hæc Urbs ædificiis plu-
ribus referta, adeo, ut longissimè sese extendat. In ex-
truendis autem domibus mediocritatem adhibent cives,
quæ in omni usu & cultu vitæ laudatur. Nec tamen deest
Ædificiis mundities, ornatus, & elegantia. Pagos habet in
Pagi vicini- Viciinia multos, & proprios, non solùm pulchris ædificiis
tatis. exornatos, sed & pratis & fertilibus agris divites.

Arx mon-
tis, sive Ca-
ti alto Arx amplissima, munitissima, & valde conspicua,
nillum.

Ab oriente, non procùl ab Urbe inædificata est mon-
tis, sive Ca- ti alto Arx amplissima, munitissima, & valde conspicua,
nellum. idem cum oppido Nomen habens. Quâ, inquam, arce, situ

præ-



præstantiorem, formâ pulchriorem, circuitu ampliorem,
vix ullam se vidisse, plurimi asserunt, quam à Majoribus
suis extructam, & huc usq; conservatam, Serenissimus
noster Princeps, FRIDERICUS WILHELMUS, Pater
patriæ providissimus, Dominus noster Clementissimus,
novis fortalitiis, munitionibus & propugnaculis vallare,
indies conatur. Conspicua hæc Arx est non solum stru-
eturæ magnificentia, sed & omni munitionum, armorum,
& bellicæ supellectilis genere instructissima, ex qua oppi-
dum hoc, & vicina Regio, contra Hostium vim validissi-
mè defendi potest. Præbuit hæc Arx Hospitium divo Lu-
thero tempore Augustanæ confessionis, qui præclara in
eâ monimenta reliquit, inq; cùdem, inter cætera, cantio-
nem illam Germanicam, Eine veste Burgk ist unser Gott
&c. composuit, quam etiamnum hodiè magnâ cum Ani-
mi, in Deum confidentia, Ecclesia piorum decantat, ma-
gisq; decantabit. Hic adest etiam Templum, egregiè de-
pictum, pulcris Campanis, & Horologio laborioso exor-
natum, in quo diebus sacris verbum purè docetur, & Sa-
cramenta distribuuntur.

In ipsa vero Cœitate Ædificia eo artificio exstructa
sunt, ut ad Necessitatem nihil utilius, & ad voluptatem nihil
jucundius, optari posse videatur. Muris ctenim excelsis,
portis firmis, & Fossis profundis, quæ Anno Christi 1492.
primùm fossæ inventæ sunt, circumcircâ probè munitum
est oppidum, adeò, ut ab incursione Hostium, quos DEUS
clementer avertere dignet, nos tutos præstare queat.

Portas, ad singulas cœli plagas, directas, habet nostra
Patria fortes, in quarum meditullio non aliter, ac ventri-
culis in corpore Humano, Forum continetur satis spa-
ciosum, juxta quod conspicitur illustrissima Cancellaria,
ampla Curia, bina xenodochia publica, in quibus Pere-
grini

C

grini



grini hospitantur: instructissimum Bibliopolium, vel librorum, & voluminum receptaculum: longus officinarum Mercatorum tractus: & alia Domicilia pulcherri-
mè exornata aspectu: in primis Orientem respicit porta lapidea: Meridiem Ketzschiana: Occasum Judaica: Se-
ptentrionem Ptochotrophæi. Hæc 4, uti ptochotrophæi,
est exornata Horologio, singulari ex arte elaborato, ha-
bente secum Horologium sciotericum, uti & Gnomonem.
Ad hæc 4. Horologia accedit & s. quod conspicitur in
compositâ, S. Crucis Turri, non procul à præfectura vigi-
lum distante, ut ita nostrum oppidum Patruum, s. Horo-
logiis certis, insigniter exornatum sit.

Singulæ hæc portæ fortes binas januas habent, cum
validissimis claustris, & cataractis, tamen ferreis, quam lapi-
deis, & lignicis, quibus adhærent 4. Suburbia populosissi-
ma: 4. Turres celsissimæ: & extra muros 4. Pontes, ut
unus versatilis, unus lapideus, & duo sublicii. Habetur
hic etiam officina Monetaria: & officina campanarum.
Annon hæc sunt ornamenta, nostræ patriæ insignia?

Templum
Cathedra-
le:

Inter reliqua magnificè exstructa Ædificia præemi-
net sublime Templum, quod divi Mauritii memorie olim
consecratum fuit, cuius amplitudinem, Turris celsitudi-
nem, & Campanarum quinque benè sonantium, præstan-
tiam, vix quisquam est, qui ignoret. Et ornatum est hoc
Templum DUPLOCI Horologio artificiose constructo,
quod continet Rotas versatiles, Denticulos, Scapum,
Libram, Äquipondium, Horologium solarium, & Gno-
monem, singula mirâ ex arte & parte elaborata; uti &
variis picturis, aptissimis subselliis, sex rotundis columnis
ceu validissimis Fulcris, choro pulcherrimè exornato, Arâ
in altitudine positâ: Superiori & inferiori Suggestu:
Baptisterio elegantissimo: Sacrario ampio: Organo pne-
mati-



matico,nec non insignibus Epitaphiis ; inter quæ admōdum splendidum,& magnificum est, quod Parentum , piè defunctorum memorie Illustrissimi Principis , ac Domini olim clementissimi, JOHANNIS CASIMIRI, piè recordationis, consignatum conspicitur. In hac sacrâ æde stupenda ipsius sacrosanctæ Trinitatis,in homines,Beneficia quotidie decantant pii: In eâdem salvificum DEI Verbum purè & sincerè singulis diebus , per Ecclesiæ Ministros , viros verè religiosos sonat , resonatq; : In eâdem Sacra menta , secundum Christi institutionem , incorruptè & integrè dispensantur,ac distribuuntur,imò accipiuntur. Ad hujus Templi ambitum commodissimæ trium Dñn. Diaconorum ædes vel habitationes conspicuntur. Non procul Dñ. Doct. & Generalis Superintendentis Habitatio videtur satis commoda.

Ad hoc nostrum cathedrale Templum pertinent aliæ etiam 3. ædes sacræ,ut est Templum 1. Arcis Duca lis. 2. Castelli montani. 3. sacræ Crucis. 4. Cœmeterii. 5. Leprosorii,in quibus singulis diebus sacris ut plurimum Verbum DEI sincerè spargitur,adeò ut pius homo iis,per distinctas horas Diei Dominicæ,quatuor dias conciones, auribus suis avidis percipiat : O quantum nostræ Patriæ insigne ! O quantum decus ! O quantum ornamentum !

A latere hujus augustissimi Templi exstructum conspicitur illustre hoc Gymnasium nobilissimum, Musarum, Literarum & Artium ingenuarum Domicilium,quod noster olim munificentissimus Princeps ac Dominus, Dñ. JOHANNES CASIMIRUS,Dux Saxoniæ,Julia Montium &c. beatæ recordationis , tertiam Julii Juliani Anno 1604. in Patriæ,& Vicinarum Regionum gratiam, regiâ magnificentiâ, aperuit, cuius splendor,non aliter,ac Jaspis annulum aureum,nniversum oppidi circulum exornat. Hoc

Collegium non tantum externâ suâ specie valdè insigne est: sed & intra maximè excellens. Intra etenim singulae totius compagis partes artificiosissimo opere sunt ædificatæ, ita ut Auditoriis, Ambulatoriis, Conclavibus, & reliquis structuris, nihil convenientiæ aut decoris deesse videatur. Pars ejus est Alumnæum illustre, in quo Adolescentes studiosi, Principali liberalitate, aut gratuitò, aut minimo suo sumptu, aluntur. Imò valdè exornat hocce Collegium artificiosissima atq; pulcherrima Effigies quondam Principis, JOHANNIS CASIMIRI, b. m. in frontispicio posita. Auditoria personant præstantissimorum Virorum vocibus. Traditur in illis sacrosancta Theologia; Jurisprudentiæ quoq; principia non negliguntur: Medicæ artis fundamenta egregiè docentur: imò Philosophia tam practica, quam Theoretica, ex limpidissimis Aristotelis, & Peripateticorum Fontibus, largissimè effluit; Nec raro publicæ de rebus, scitu dignis, instituantur Disputationes: Declamationes itidem, vel soluta, vel ligata oratione, styli non tantum Latini, sed & Græci, imò interdum Hebraici, Chaldæi, Syri & Arabici etiam habentur: Et ut summatim dicam, omnia laudabiliter constituta inveniuntur, adeò, ut Domini Professores, Viri eruditio- ne, & virtute excellentissimi, omnino nihil desiderari per- mittant, quorum Dux & Coryphæus hodiè est Dn. Tobias Seifartus Senior, SS. Theologiæ Doctor eximus, Genera- lis Superintendens, merentissimus, qui suis Disputatio- nibus, Orationibus & Lectionibus Theologicis, hodiè su- per aureolum Concordiæ librum maximè floret. Dn. Johannes Christophorus Seldius, SS. Theol. Doctor insi- gnis, specialis Superintendens Römhildensis, qui suis Dis- putationibus, Theologicis, iisq; crebrioribus egregie vi- get. Dn. Daniel Keyser J. U. Doctor, & Advocans Aulicus,

qui

Dnn. Pro-
fessores.

qui suis præceptis Jurisprudentia excellit. Dn. Johannes Christianus Frommann Medicinæ Doctor clarissimus, nec non Medicus Provincialis, qui suis lectionibus & Disputationibus physicis, multum splendet. Dn. Andreas Frommann Magister, hujus Gymnasi Director, & Sacrarum Literarum Metaphysicæ & Philosophiæ practicæ Professor meritissimus. Dn. Johannes Spindlerus, linguarum Orientium, & Logicæ excultor acutissimus. Dn. M. Johannes Wölffing Mathematum & Græcæ lingvæ Professor subtilissimus. Dn. M. Israël Clauderus, Historiarum ac Eloquentiæ excultor maximè industrius. Adebat etiam Professor Extraordinarius. Dn. M. Johann. Christophorus Kohlhans / Rector Scholæ Senatoriæ dexterimus, qui suas lectiones Gymnasticas, quæ Poësin Græcam & Admiranda Optica solerter perficit.

Hi nominati Dnn. Professores, inter egregiē doctos, dilucidissimè splendent, uti Hesperus inter Sidera. Hoc enim, inquam, fidelibus & assiduis laboribus, præclari frumentus, DEI benedictione, insigniter respondent, juxta promissionem dulcissimam Divi Apostoli Pauli in I. Cor. 15,

Non labor in Domino vester inanis erit,
quod ipsum Experiens etiam testis locuples, satis testatum fecit, & adhuc per DEI optimi Maximi gratiam claram reddit. Ex hoc etenim nostro Gymnasio Casimiro-Wilhelmino Viri doctissimi, ceu quo Trojano, prodierunt, qui, per nostram memoriam suas sedulas operas navarunt, non tantum polo, sed & solo, quorum plures in Domino placide dormiunt; uti & ego, totum per Sexennium fideliter fui informatus, adeò, ut de Cathedrâ, quod citra Arrogantiae suspicionem dictum velim, Ego, per tres successivæ seqq. annos, tres Elegias Christianas, carminicè conscriptas, publicè recitaverim: Prima, constans 316. Distichis,

erat de Christi nativitate : Secunda, constans 357. distichis, erat de Christi passione : Tertia, constans 371. distichis, erat de Christi Resurrectione & ad Cœlos Ascensione, ita totam Christi vitam, quam in his terris duxerit, stylo & filo Metrico depinxi & enarravi.

Arx Duca-
lis.

Non procul à conspicuis hisce Ædificiis fundata est Arx Ducalis, quæ nostrorum Avorum memoriâ, ex Monasterio deserto, in Aulam Ducum Saxoniæ conversa esse dicitur, quam postea invictissimus Imperator Carolus Quintus, in suo, per Coburgum, transitu die Ehrenburg nominasse perhibetur; uti Vulgi opinio existimat, quâ appellatione magna fide etiamnum utitur. Hanc magnis sumptibus exstruxisse fertur ERNESTUS Dux Saxoniæ, beatus ante longa tempora, quæ jam toti civitati est maximo decori, adeò, ut regimen Aulicum, cum Ærario ditisimo, cui præest hodiè magnâ cum laude, Vir, singulatî prudentiâ, insigni excellentiâ, multarum rerum varietate, & consiliorum dexteritate eminentissimus Dn. Johann. Georgius Försterus, J. U. Doctorandus, & Scholarcha laudatissimus, & reliquis vitæ Aulicæ requisitis pernecessariis, magno cum splendore, & insigni commoditate, hodiè perficiatur; imò jam, per largam DEI benitatem, Sedes est, propter ædifica, picturas, imagines, pulcherrimè exornata, depicta, & bene firmata, nostri Serenissimi ac Celsissimi Principis, ac Domini, Dn. FRIDERICI WILHELMI, Altenburgensis Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Moncium, qui perillusterrissimus Princeps hodiè in inclytâ domo Saxonica, singulari DEI favore, natu maximus est, Divinâ Sapientiâ ornatus, quæ sola Sapientia est nominanda, quam Spiritus S. per Verbum accedit in homine renato, ut firmiter credat, non esse aliam viam, neq; in cœlis, neq; in terris, per quam in gratiam redire, & cum DEO recon.



reconciliari, miser homo possit, quam per gratuitam misericordiam , propter Christum promisam omnibus , qui poenitentiam agunt, & Fide, hoc beneficium, in solo Christo apprehendunt, uti in hujus Arcis Ducalis Templo pulchro, publicè interdùm docetur, in quo itidem Campanæ benè sonant, & Horologium ad Horarum intervalla rectissimè quadrat. imò hæc Arx ædificiis, picturis, imaginibus, Conclavibus, Hypocaustis, Cellulis &c. hodiè adeò splendet, & fulget, ut nemo rationis potens, suo intuitu, satis admirari queat. Præterea in nostro Principe conspicitur Natura Heroica, ingenii præstantia singularis, Virtutes altâ mente & Principe Heroico, dignissimæ apparent. Hujus nostri Principis laus non est silentio sepelienda, sed publicè proclaimanda, imò pleno ore prædicanda. A DEO igitur optimo Maximo etiam atq; etiam petamus, ut selectissimum hocce Organon, unà cum Serenissimâ Con*Digressio
in laudem
Serenissimi
nostrî
Principis.*
juge MAGDALENA SIBYLLA , è sanguine Electorali prognatâ: cum unico Filio illustrissimo, & Celsissimo Principe, ac Domino, Domino FRIDERICO WILHELMO; accnon cum unicâ Filia Illustrissimâ & Celsissimâ JOHANNA MAGDALENA, cœubinis dilectissimis, imò charissimis Liberis, salvum & incolme diutissimè servare velit, ut sub hac Gubernatione, in pace & tranquillitate, diuturnam vitam agere valcamus. Sed revertor ad id, unde eram digressus.

Inter Arcem Dualem, & Templum Cathedrale, cum officina Typographica, novis literarum & Characterum formis nuper condecorata, ubi Typographus suos labores per necessarios, singulis diebus, de industriâ, perficit. Hanc artem Typographicam Johannes Mentelius in Strasburgi primus omnium invenit, inventam autem Johann. Guttentberg zu Mainz ingeniosè elaboravit, uti quidam Mathematicus testatur. *Officina
Typographica.
Juxta*

Juxta hanc Typographiam conspicitur elegans Habita-
Præfectu-
tatio nostri novi Dn. Præfecti, Dn. Friderici Borni, juris
utriusq; Doctorandi; Det DEUS, ut suæ Præfecturæ diu
benè præsit! Det DEUS, ut sanâ valetudine Corporis, ac
animi diu utatur! Det DEUS, ut hōc in arduo officio
ipsius Humeris imposito, Civitati & Regioni Saxonico-Cobur-
giacæ multum emolumenti, imò plurimum utilitatis,
pariat!

Hortus au- Huic Arci Ducali adjacet Hortus Aulicus amoenissimus,
licus. variis Plantarum odoriferarum, Herbarum coruscatorum,
florumq; benè olentium generibus, refertissimus, quibus
Hortulanus, Topiarins, & Frondator, magno cum labore,
& insigne industria, maximè studet, adeò, ut in lucem aper-
tam producat varias plantas, voluntarias, & sponte nascen-
tes: odoratas, & coronarias: varias Herbas cum foliis
pilosis, lacriosis, serratis: varios flores, cum violis albis,
flavis, caninis: varias Rosas, ardentes, rubentes, caninas:
varias pomorum species, cum variis pyrorum partibus,
unde Aulicum Pharmacopolium insigniter decoratur,
condecoratur, amplificatur maximè.

Hippo- Hic etiam invenitur Hippodromus, Equis informan-
dromus. dis & exercendis designatus, quibus Nobili sanguine pro-
gnati, ut plurimum delectantur.

Sagittilu- Huic contigna est domus, pulcherrimè exornata, in
dium. qua Sagittiludia frequenter instituuntur, instituta regali-
ter administrantur, administrata graviter perficiuntur, id,
quod annis superioribus erat frequentissimum, atq; usita-
tissimum.

Sphæriste- Ad hujus domus latus adjacet Sphæristerium, per
rium. elegantes picturas, artes, & sumptus, elaboratum, in qua
pilarum lusoria, egregia corporis alacritate, exercentur,
qua pilarum exercitia modestè & honestè facta, ad val-
tudinem

judicinem retinendam, recuperandam, confortandam, mul-
tum, in modo quam plurimum faciunt, & conducunt.

Inter reliquas Ædificiorum coronas longè eminent Dicasteria.
Dicasterium, quod quondam noster liberalissimus Prin-^{rius.}
ceps, Johannes Casimirus, Christianæ recordationis, in Fo-
ro publico, Anno Christi 1599. sumptuosissimè extruxit,
ubi Viri eminentissimi, & utriusq; juris cognitione cla-
rissimi, D. Augustus in primis Carpzovius, Magnificus Dn.
Cancellarius, Vir conscientiosissimus, Proto-Synedrii Præ-
ses clarissimus, & Scholarcha Primarius, & reliqui Domini
Consiliarii gravissimi, puta, Generosus Dn. Georgius Sig-
mundus ab Erffa in Birchach & Waidhausen &c. ut & No-
bilissimus Dn. D. Johann-Nicolaus Hanwackerus, in
Schwallingen Hereditarius &c. toties confluunt, quoties
arduis rebus Consilium est habendum.

In hac magnifica domo itidem per illustre & venera-^{Consisto-}
bile Consistorium habetur, in quo Controversiae Ecclesi-^{rium.}
asticæ extircantur: Casus matrimoniales dirimuntur, &
alia Ecclesiarum genera expediuntur. Hic jus & æquum
& quissima lance distribuitur: Hic serena pietas floret: Hic
dia justitia triumphat: Hic publica Tranquillitas impe-
rat: quæ res & DEO & hominibus gratisima est. Ob
hujus Cancellariæ elegantiam, & artificiosissimam struc-
tam, & præstantiam, pleriq; aspicientes in admirationem
trahuntur, ingenuè præ se ferentes, paucas domos, huic
pares, se conspexisse.

E regione hujus, Curia exstructa, magnificentiam Curia:
haud vulgarem, aspicientibus monstrans, in qua pruden-
tissimi Domini Consules, Spectatissimi Dnn. Senatores, &
totius Senatus amplissimi Collegæ, singulis ferè diebus,
confluunt, & conveniunt, quoties de intricatis Civium &
Incolarum negotiis, consilium est habendum, ut æquum,

D

ut

ut iustum, ut bonum recte conservetur. Huic Curia est,
aperte affixum Horologium sciaticum, uti & Gnomon,
cujus itidem Campana bene sonat, resonatq;

Saltato-
rium. Huic Curiae bene exornatae, adhaeret pulchrum ædi-
ficium, in quo Choræ nuptiales, à Saltatoribus & Salta-
tricibus, honeste & modeste interdum habentur & exer-
centur.

Pharmaco-
polium. Huic contiguum est Pharmacopolium, in quo Do-
minus Pharmacopola, per suas pyxides refertas, omnia Me-
dicamentorum & Aromatum genera promptissimè por-
rigit, artificiosissimè constructa, contra gravia morborum
pericula, clades & infortunia.

Forum. Circa has domos elegantissimas habetur Forum, sa-
tis spacieum, quo singulis septimanis, Nundinæ profestæ
binæ, & publicæ s. solenni festivitate, & festiva solennita-
te, cum denso populi concursu, celebrantur.

Armamen-
tarium. Non procul à nostro Foro Coburgensi est ædificatum
Armamentarium, quod formâ pulcherrimâ, capacitate
spatiösâ, elegantiâ convenientissima, est condecoratum,
quod insigni armorum bellicorum copiâ, ad Defensionem
necessariâ, superioribus annis, præsente armorum Præ-
fecto, erat instructissimum: sed propter hostilem cohori-
tis Pontificiæ, A. C. 1632: incursionem, oppugnationem, &
expugnationem, tale Armamentarium est spoliatum, &
miserè devastatum.

Cœmite-
rium. Extra Urbis mœnia stat elegantissimum Cœmiterium, in quo corpora Defunctorum terræ, matri, honeste
insinuantur & commendantur, idcò, ut ejusmodi Cadave-
ra in Domino placidè quasi dormiant. Unde & hujusmo-
di loca vocantur Dormitoria, sive domus viventium.

Hic, inquam, Defuncti in sepulcris conduntur, atq;
indubitatâ Resurrectionis spe nituntur, in quâ aliquando
singu-



singula corpora,cum illis ipsis Animabus, à quarum con-
sortio,temporalem per mortem,sejuncta fuerunt,iterum
conjugentur,quam primum cœtus Angelici tubæ clan-
gor auditus fuetit. Hic locus Epitaphiis pulcherrimis
ita est illustratus,ut nemo,nisi lapideâ mente durior,illum
ingrediatur,quò fugacem hac vitam non deplorans,mor-
tis subeundæ inclemantium animitùs consideret,atq; futu-
ræ gloriæ fruitionem,cum desiderio expectet: in specie,
quia novum , elegantissimum , pulcherrimum templum
nuper,magnis sumptibus,fortiter est ædificatum,in primis
curâ & studiô Magnifici Dn. Cancellarii (qui insignem pe-
cuniæ vim largiter addidit) item nostri Doctoris Genera-
lis Superintendentis,& quondam Dn. Quæstoris Georgi
Philippi Amlingi, jam in illo qua corpus exanime recu-
bantis,nec non Dn. Nicolai Volimhusii Oeconomiaæ Du-
calis Præfecti, & simul in Zella Quæstoris,adhuc viventis,
ut non tantum Conclaves Funebres ibidem pie habean-
tur : sed & Comites Funerum,sub illius tegmine valido,
contra nivis & pluviatum densitatem,imò & frigoris inju-
riam,tutissimè sedeant.

Quando & quomodo nitidissimum illud Templum
sit consecratum,Portalis indicat inscriptio,literis quidem
inauratis:

IN NOMINE SS. TRINITATIS ,
FANUM HOC COEMETERIALE
EXTRUI COEPTUM ET CONSUM-
MATUM
JESU SALVATORI.

Privata Ædicia quod attinet,iis. mediocriter etiam
pro Civium facultatibus , exornatum est oppidum
nostrum. Illis etenim nec mundities,nec ornatus,necele-
gantia

Privata
Ædicia.

gantia deest, ita tamen, ut non tam ad ostentationem & luxum exstructa sint, quam ad necessarios habitationis usus exhibendos comparatae. Ad hanc rerefere 7. publica Diversoria: 5. molas aquarias: 4. Balnearia: 3. officinas cerevisiaris, in quibus per distincta Ahenas, à Zytopeptis Coburgicæ cerevisiæ primariæ solerter coquuntur, quæ aliarum Urbium, imò & Regionum Potiones longè superant, iisq; multum præferuntur, quæ intra & extra Mœnia inveniuntur, in quibus Civibus, Paganis, & Peregrinis, multum commoditatis gignitur.

Status gubernationis laus civitatum non posita est, sed in iis maximè sita, quæ politicae.

Rerum publicarum proprius concernunt, cù etiam in parte, quid Patriæ meæ desit, non video. Etenim forma gubernationis politicae in cù, per DEI gratiam, optimè est constituta. Magistratus enim Urbanus à Serenissimo nostro Principe probè est constitutus: Consulibus & Senatoribus prudenter ordinatus, qui Decalogum immutabilem, totius sui Regiminis normam, formam & amusim habeat: nec non vitia & flagitia, cum illo pugnantia, severè puniat, præsertim verò eos, qui fœdo scelerum lutō sese contaminare non cessant, è societate Humanâ prorsus removeat. Novit enim, quod gladium non frustrâ gerat: Sed ideo per Magistratus authorem, lateri suo succinctum habeat, ut atrociter delinquentes severè puniat: Hinc cives & incolæ, ætate, sapientiâ, consilio, & industriâ benè vigent. ita vera fit vox Achillis, qui negat, se in illa Republicâ vivere posse, quâ boni & mali, prudentes & imprudentes, pari honore afficiuntur.

Disciplina
Civium
domestica.

Ut autem bonus Dux bonum facit Comitem: ita optimum Regimen optimam inter Cives Disciplinam instituit & conservat. Ideoq; hic ea est civium erga Magistras



gistratum obseruantia: ea est mutua Benevolentia & hu-
manitas: ca erga peregrinos comites: ca erga Pauperes
& egenos beneficentia, ut meritò maximam, hoc nomine,
latdem mercantur. Domesticarum verò rerum & Fa-
miliæ, eam gerunt curam cives nostri, ut conjugia ho-
nestissimè contrahant, & castissimè tucantur: Liberos,
matrimonii fructus dulcissimos, optimis moribus tūm
ipsi domi instituant, tūm & per publicos Præceptores, lite-
ris humanioribus, pietate & probitate sedulò informari
current. Et certè non ultima pars sita est in privata Li-
berorum educatione. Etenim prima illa & candida Pu-
eritiae educatio, quibus coloribus domi à parentibus pri-
mum imbuitur, eos tenacissimè retineat, nec eluiulla po-
sitâ ratione poserit.

Private verò Parentum educationi publicam institu- Schola
tionem adjungi omnino oportet, quæ hīc se gerit opti-
mè. Habetur hīc Schola Senatoria & oppidana, amplis-
simi Senatus officina, in bona forma constituta, in quā flo-
rentissima Juventus magnō numerō referta, in distinctas
7. Classes est distributa, quibus præsunt Præceptores, Viri,
pietate, eruditione, humanitate, morūq; integritate, Cla-
rissimi, Præstantissimi, qui ætatem teneram rectè mode-
randi instructi, molles animos fideliter, in literis & bonis
moribus sedulò instituant, ut ex iis, tanquam ex equo
Trojano, salutaria Ecclesiæ & Reipublicæ organa pro-
deant. Qui verò ad artes liberales à Natura idonei non
sunt, ad mechanicas exercendas satis mature adhiberi so-
lent, quarum artium mechanicarum varietas, copia & fre-
quentia Coburgi est insignis. Eximiam autem laudem
Schola Senatoria meretur, quod in cā, cum Adolescenti-
bus, ars Musica, rectè & bene canendi, magnā cum seduli-
tate, exerceatur; Unde Chorus musicus bene, imò artifi-
ciose,

ciosè, sonat & resonat, non tantum in Templis: Sed etiam interdum in Plateis, ubi quidam Studiosi & Adolescentes conveniens sustentationis medium assequuntur, qui pauperate & egestate premuntur. Huc pertinent & Scholæ, in quibus pueri & puellæ bene informantur, in orando, discendo, legendo, canendo, scribendo, imò interdum etiam in arte Arithmeticâ, numerendo, addendo, subtrahendo, multiplicando, dividendo, & aliis scientiarum generibus. Et quod præcipuâ laude dignum est, assuefecunt pueri puellæq; ad Catechismi recitationem in scholis, Templis & ædibus privatis. Hæc res quam pia, quamq; DEO grata sit, & utilis pueritiae, facile est judicatum. Faxis DEUS, ut porrò talia exercitia Pietatis inter nos conservetur, & ad omnem posteritatem usq; propagentur.

Ecclesia.

Et magnum equidem ornamentum nostro Coburgo conciliant ea, quæ hactenus in medium sunt prolata. Sed quantum ROMA præ cæteris civitatibus suum caput extulit: tantâ quoq; excellentia & præstantia præ reliquis hujus urbis decoribus, eminet ipsa Ecclesia, quam DEUSTrinunus Sibi hîc per Verbum & Sacra menta quoq; colligit & conservat. Lucet ergo in hac patria nostra doctrina Evangelii pura & incorrupta, ut ita ejus munere Tramitem, per hanc lachrymarum vallem, in patriam æternam invenire, & auxiliô Spiritus Sancti eidem firmiter insistere queamus. Doctrinam Christianam, quam Divus Lutherus, piæ memoriaz, à densissimis Papistarum nebris repurgavit, nostra Ecclesia pure & sincerè sonat, fideliter junioribus inculcat, & usum Sacramentorum verum & integrum, sicuti à Testatore ac Authore CHRISTO, instituta sunt, servat. O ergo beatos, quorum mentes, in vera verbi Divini puritate, DEUM agnoscunt, & celebrant. O miseros, qui tanta bona aspernantur, &, uti



uti porci preciosam margaritam pedibus concilant,
quorum horronda ingratitudo meritò detestanda est. Cæ-
terum, cùm in Ecclesia non satis sit, proponere veram
doctrinam, sed necesse sit, ctiam extirpare impia dogma-
ta, quæ Veritatis atrocissimus hostis, Diabolus, per fanati-
cos spiritus subinde spargere, omnibus nervis contendit,
commissa est cura, Ecclesias in totò Ducatū inspiciendi,
admodum Reverendo, clarissimo, & Sacrarum literarum
cognitione excellentissimo Viro, Dn. TOBIÆ SEIFAR-
TO, Seniori, Sacrosanctæ Theologiæ Doctori eximio
(quem honoris gratia nomino) de cuius laudibus et si
tacere malim, quam pauca dicere, hoc tamen unicum
affirmare, non vereor, quod in omni scientiarum supel-
lectili, singulari DEI gratia, instructus sit, in primis cogni-
tione linguarum originalium, suisq; scriptis, orationibus,
Disputationibus, & lectionibus Ecclesiasticis, atq; Gy-
mnasticis, quæ in lucem edidit, & deinceps, per Spiritus S.
inspirationem, in publicum emissurus est. Hicce Vir,
noster Superintendens Generalis est inter solidè doctos,
non aliter, ac stella Veneris, quæ inter nocturnos ignes
emicat. Hicce Doctor, pio Zelo, ex agro Ecclesiæ
ejicit ea dogmata, quæ contra genuinum Prophetarum
& Apostolorum sensum pugnant. Huic nostro Cory-
phæo in profligendis erroribus tradunt operas Viri Per-
Reverendi, Clarissimi, ac Eruditissimi, Ecclesiæ Coburgen-
sis hodiè Ministri verbi Divini fidelissimi, Dn. JOHANNES
HOFFMANNUS, Senior Ministerii oppidani, & Archi-
Diaconus, Vir ille Clarissimus; Dn. JOHANNES KRÜ-
GIUS, Sub Archi-Diaconus, Vir ille Eruditissimus; Dn. JO-
HANNES SCHARFFIUS, Catecheta, Vir ille eloquentis-
simus; Dn. JOHANNES PHILIPPUS Eschenbach/Pastor
ad sanctam Crucem, Vir ille pientissimus. Hocce Col-
legium JOHANNITICUM

Ministe-
rium Ec-
clesiæ
cum.

Tui



Tu regē Joyā diu, firma, defende, gibetis;

Ut templū voces audiat usq; factas.

Hi boni Viri, ingenti veritatis & gloriæ Divinæ amore flagrantes, acerrimū odium habent adversus Sophistas, & Sycophantas, Veritatem corruptentes, sicuti Vir, secundum Cor DEI, dicit,: perfecto odio oderam illos, inimicos tuos odio habui & abominatus sum, legem vero tuam dilexi.

Epilogus.

Sed quo longius in altum devchor, Auditores æquissimi, eò latior & potentior orationis meæ campus sece ostendit. Interim vero Temporis ratio, & vestra singularis benevolentia, paterna affectio, atq; Humanitas, me adhortantur, ut vela tandem contraham, & cymbulam meam ad littus apellem.

Percepistis ea, quæ in laudem meæ Patriæ breviter, propter ingenii tenuitatem, commemoravi, unde illa Nomen suum contraxisse prohibetur, & quod originem satis vetustam habeat, solum fertile, aërem salubrem: Aedificiorum elegantiam, aliaq; ad vitæ hujus sustentationem pernecessaria, & in primis, quod Republicæ status sit optimus, nec non in scholis, quæ hic apertæ sunt, cum domi etiam ætas puerilis in literis, moribus, & artibus, rectissime educetur, ac DEI agnitione fideliter instituitur; Ecclesia quoq; verbum DEI sincerè doceat, & Sacramenta incorruptè administret.

Quia igitur infirmius est ingenium meum, quam ut singula patriæ nostræ ornamenta pro ea, quâ par erat, dignitate & oratione, narrare saltem, multò minus celebrare possit, finem orationi impono, & reliqua Vobis meditanda relinquō. Fieri enim non potest, ut, quicquid cogitant multi, dicat unus.

Reli-



Reliquum est , ut agnoscamus bēnignitatem Divinam
longè maximam: atque Conditori & Conservatori hujus Oppi-
di, DEO ter Optimo, ter Maximo, ardenter agamus gratias, &
voce & animo rogantes, ut, sicuti patriam hanc nostram flo-
rentissimam esse voluit: ita posthāc, suo beneficio clementer
omnibus inhabitatoribus foveat, nec non singulos hujus Op-
pidi protectores, Ecclesiæ inspectores, Gymnasii Rectores, &
Senatus Consultores sarciat atque in perpetuum felicissimos
esse jubeat. Loco Finis claudio cum Poëta:

Et pius est patriæ facta referre labor.

Claudio etiam cum hac precatione : Te verò JESU
CHRISTE, Fili DEI vivi, pro nobis crucifice & resusci-
tate, invoco & oro, ut lucem Verbi tui, cuius radios in
hāc Urbe clementer accendisti , & benignè hactenus
conservasti , firmiter in cordibus nostris obsignes , ac
serves inter nos pacem & disciplinam tūm bonarum
artium,tūm lingvarum utilium thesaurūm præclarissi-
mum custodias, & propages, ut etiam Posteri nostri Te
verè agnoscant,colant,invocent,atque celebrent.

Amen. Fiat! Amen.



CLAU. VENDELLI
ACADEMIA IDONEA

164

E

Se-

Sequuntur

CARMINA NONNULLA GRATULATORIA.

I.

Cur ita COBURGUM describis, & insimul omni
maetas laude? Movet gratus amor Patriæ.

T. Seifartus D.

II.

Nemo Tibi invideat, perquam Reverende Magister,
quod Patriam cumulas laudis honore domum,
nam Natale solum magnâ dulcedine cunctos
ducit, & immemores non sinit esse sui,
rurus, amor Patriæ ratione valentior omni,
quod tua fecerunt Scripta retexit opus:
Perge igitur, Venerande Senex, attollere laudes
atq; simul Patriæ commoda ferre tuæ;
surgat honos, nomenq; tuum memorabile fiat,
surgat ad Eoas, Hesperiasq; plagas!

Invitâ Minervâ,

at

pronâ mente,

offert

hos animi gratulabundi
testes Versiculos.

Daniel Reyser / J. U. D.
Prof. Publ. & Adv. Aul.

Viri-



III.

Viribus ingenii, PASTOR VENERANDE, COBURGUM
Dum condis, NOMEN condis & ipse tuum.

Quæ tribuenda Tibi DOMINO? sunt ista tributa
Laus, Honor & Musis gratia magna tuis.

*Joh. Christianus Frommann D.
Medicus Provincialis & Prof. Phys.*

IV.

*In laudem cedent tibi, quæ de laude Coburgi
Scripsisti doctè, rumpantur ut ilia Momo.
Hujus participem laudis volet esse, Coburgum
Cui natale solum est, & quem dulcedine dicit.*

Phidias evoca E.

*Andreas Frommann / in Illustriss.
Athenæo Coburgensi Director &
Sacrar. Literar. Prof. P.*

V.

Magnificandus amor patriæ est, qui rura paterna
Diligit, is laudis nobile nomen habet.

Laudibus extollens patriam patriæ venerandus
EISENWINNERUS flagrat amore pio.

Ergo suæ laudis rosarum floret oletq;
Instar honos, crescat sidera donec erunt.

F.

*Johannes Hoffmannus, Eccl. Coburg.
Archib.- Diaconus & Senior.*

E 2

De-



VI.

Depromit Laudes Coburgi crena Magistri Eisenbinneri, quem BONUS omnis amat.
Contextus sermo est è plano & simplice filo:
Zoile, quid carpis? autor apertus homo est.
Non sunt, quæ tractat noster, puerilia, Mome,
Autor: quem decorat cana senecta Virum.
Zoile, quid carpis? Patriam exornare decorum est,
Cum Pueris, Senibus, quos juvat esse pios.

Evvoias evena Reverendo Dn. Autori,
Affini & amico suo suavissimo,
accinebat

Johannes Krug / Ecclesiae Coburgensis Diaconus.

VII.

Urbem quam, venerande Senex, describis amoënam,
Conservet Deus, ac templa Scholasq; regat,
Curia sit felix, procul hinc fera bella fugentur.
Ne pereat, sit PAX, Urbs populusq; simul.
Interea ô venerande Senex, doctissime mysta,
Vive Deo atq; tuis absq; dolore diu.

Johannes Scharff / Diaconus.

Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos
ducit, & immemores non sinit esse sui.

Quod



*Quod sic res habeat se se, sermonibus hisce
ponis in apricum, Pastor amande, tuis.
Noſtri COBURGI per te laus amplificatur,
pro qua debetur gratia magna Tibi.*

*Volante quidem calamo, bene-
volente tamen animo
apposuit*

*Johannes Philippus Eschenbach /
Diaconus.*

IX.

*E*uge, Ministerii non ultima Portio nostri,
sed Senioratus * clarus honore sui,
Eisenwinnerus, post longa silentia, Musis
se reddens, svavi Rhetoris ore cati,
extollit, Coburga, tuas ad sidera laudes,
pollice quas preso Civis & hospes amant.
Præmia laudanti quæ nunc, Urbs chara, reponis,
ingrata in gratum ne referare Virum?
Scilicet in fastis Titulus post grandior exster:
EISENWINNERUS(quis?) **PATRIOTA PIUS.**

* Anno 1657. 27. Junij pie Coburgi mortuus est
M. Johannes Wenigerini Ballstedtæ - Thürin-
gus, Pastor & Adjunctus Rotachensis emeritus,
rotius Ministerii hac in Ditione Coburgicâ Se-
nior venerandus; ætat. an. go. ministerii a. sui 51.
Huic in Senioratu isto succedit per reverendus
Dn. M. Georgius Eisenwinner Coburgæ-Francus,
Ecclesiæ Luteranæ Pastor vigilansissimus, anno
ætat. 64. minister. 36. cui iam jam Septuagenario
in illâ ter-venerabili Capitis canitudine vitam quietam, Senectutem vegetam, Sani-
tatem animi & corporis perpetuam, domum florentem, familiam obsequentem & in-
primis ex liberis nepotibusq; propaginem longissimam felicissimamq; unâ cum re-
liquis hominis Christiani votis ex animo compreco, 21. Febr. 1663.

*Honoris & amoris in Christo
fraterni declarandi ergo
Imq; subjungeb.*

Petrus Franc
Silusia Henneberg.
in Tractu Issiaco
Pastor Gleusens.

*Seqq. III. Vota seriū
transmissa.*

I.

Dùm PATRIAM laudas, SOCER optatisime,
multum,

Laudis Conatus percipit hicce tuus.

Dùm COBURG laudas, tua laus florebit in ævum,

PATRONOS inter laus tua semper erit,

Atq; perennabit tua Fama, BONISq; placebit,

Donec alet DOCTOS docta COBURGA Viros.

Hocce adjecie

Laurentius Geßer / Walburensis, Pastor

in Gestingshausen/ GENER (cum 3.

viventibus Liberis) ad 15.

annos.

II.

O venerande Senex, SOCER, & Pater, atq; Mecænas,
COBLIRGI, PATRIÆ, dùm DECUS ipse refers,
Ingenii vires monstras, laudemq; reportas;

Efficis egregiæ Dexteritatis opus,

POSTERITATIS opus per claram dirigis artem ;

Sic NOMEN cœli surget ad astra Tuum.

Hocce apposuit

Michaël Heüsinger / Coburgensis, Pastor

in Menthäusen/ GENER (cum 4. vi-

ventibus Liberis) ad 9.

annos.

III. Geß



Geehrter Herr Schwähr-Vater mein /
G. Dass Ihr Coburg beschreibt sein /
 Davon Ihr werdet Ruhm bekommen /
 Wie Ich von vielen hab vernommen.
GO^TE Euer Alter woll vermehrn /
 Und Euch die Seligkeit beschehrn !

Das ihet hinzu

Johann Müller in Weisebrunn /
 Ex-Quartiermeister / Tochter-
 Mann (ætexvG.) bey 17.
 Jahren.

Chare PATER, PATRIÆ dūm laudem ad sidera
 tollis,
 Saxo- Coburgiacum pīngis & ipse Decus,
 Gratulor ipse tuo, de toto corde, LABORI;
 Floreat & vigeat Nomen, honorq; tuus.
 Sit tibi sana diu Mens fano in corpore, quippè
 Conatus hujus commoda mille feres.

*Ita suo Patri dilecto, diligendo, gratulabatur
 Filius unicus,*

Georg. Ludovicus Eyssenwunner /
 Pædagogii Gymnastici Alumnus.

In

G

OS(+)SO

In dem / geehrter Herr / mit unverdross'ner Hand
Ihr euer Coburgk rühmt / das werthe Vaterland /
So einem ieglichen / von Herzen Grund zu lieben /
Wie angebohren ist / und Ihr auch wohl beschrieben ;
Wächst billig euer Ruhm mit eurem Alter auf /
Dass eures Nahmens Liecht durch keiner Zeiten Lauf
Kan werden ausgelescht ; so lang es noch wird Tagen /
Wird man / ob Ihr schon todt / von Eisenwinnern sagen.

Y6 194401
Michaël Franck.

Author ad Zoilum :

*Mome quid arrodis Patriæ mea Scripta capaciss?
Si poteris melius pingere, scribe, rogo.*

Psalm. 115. v. 1.

**Non nobis DOMINE, non nobis : sed Nomini tuo
da Gloriam!**

Ergo

LAUS SOLI DEO.

AMEN.

1077

MG



h. 118, g.

C O O
E N

M. Georg
Franc

Impr



8986)
Yc
1944
M,
G I
oburgensi
eranæ
I,
nacho